

*tu Sancto, procedendo secundum consilium Cardinalium, & Episcoporum peritorum.*

4. Papa non potest imponere silentium Dominicanis, nec illis prohibere, ne impugnent opinionem Conceptionis Immaculatae tamquam hereticam: Et si faceret aliquid tale, non faceret ut Pontifex per directionem Spiritus Sancti; sed ut singularis, & presumptuosa persona motu proprio.

5. Si Papa precepiceret tale silentium, non esset amplius Papa, nec Vicarius Christi.

6. Dominicani, non obstante decreto Sixti Quarti, possunt impugnare tamquam hereticam opinionem Immaculate Conceptionis: Et quilibet servus Iesu Christi omni studio conari debet id facere, ut Pontifex tandem moveatur ad fuciendum id, quod tenetur facere.

7. Revelatio, qua dedit occasionem festo Conceptionis, facta est a Satana.

8. Opera diaboli invalidit mos celebrandi festum Conceptionis.

9. Preferenda est auctoritas Sanctorum Doctorum, confirmantium sua dicta Scripturis, auctoritati Pontificum.

10. Oppositum Conceptionis Immaculatae est de necessitate fidei, & unum ex principiis fundamentis ipsius.

11. Assertores Conceptionis Immaculatae sunt similes Lutheri, & alii sectarii in contemptu Sanctorum, & auctoritatis eorum.

12. Justissime forsitan permisit Deus heresim Lutheri in pœnam negligentiae Pontificum in toleranda sententia Immaculata Conceptionis contra veritatem Sanctorum.

13. Assertores Immaculatae Conceptionis sunt amici diaboli, filii gehenne, obtenebratia Diabolo, impudentissimi, & impostores, a quibus oportet fugere, tamquam a laqueis diaboli.

14. Preservatio Virginis ab originali non differt ab heresi Pelagianorum formaliter, sed materialiter.

Quas ego quidem propositiones non sine stomacho legere